

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

Joan: Jacob: de Goppoell.

JOSEPHI  
IUDÆORVM  
DOCTISSIMI AC DL  
SERTISSIMI, QVÆ AD NOSTRAM  
ætatem peruererunt omnia,  
hitnirum:

**D E A N T I Q U I T A T I B U S I Y D A I C I S L I B R I X X .**  
Quibus vita Iosephi, per ipsum conscripta, est adiecta: De bello Iudaico VII. Contra Apionem II. De imperio rationis, sive de Machabeis I. Antebrac in Latine sermonem translata, & ad exemplum Grati  
Coditis accurate distincta.

**N V N C V R Q U E C H R O N O L O G I A A D C A P V T V M I V B .**  
Etiamque folii, cum ex veterum, tum recentiorum Scriptorum Commentariis,  
tumque scholiis necessariis, recens continuata, &  
a mendis expurgata.

**C P M I N D I C E A U C T O R I T A T I S S I M O .**



M. DC.

XVII.

FRANCOSYR.

Sumptibus Rulandiorum, Typis Iohannis Bringeri.



AMPLISSIMÆ  
DIGNITATIS VI-  
RO, DOCTRINA, SAPI-  
ENTIAQUE ET MVLTO RERVM  
vſu præstantissimo Dn. ERASMO NEVSTETTERO,  
cognomento STVRMERO, Præposito Comber-  
gensis, Ecclesiarum Bamberg. & Herbipol. Ca-  
nonico, &c. Equiti Franco,  
S. P. D.

  
Vm Flavii Iosephi illa à Sigismundo olim  
Gelenio, V. Cl. latine edita opera denuo  
typis hic elegantioribus minoribusq; ad-  
ornanda curassem, non modo ad nouæ hu-  
ius editionis laudem interesse putabam, si tue, Antistet  
optime, inscriberem ea reuerenda amplitudini, sed et  
fore persuasum mihi erat, ut in nomine tuo firmissi-  
mum esset situm ipsis aduersus iniquiores Criticorum  
calculos præsidium, tantoque venirent amabiliora, et  
iam quo prodeunt ornatiota. Evidem reuerendam  
Amplitudinem tuam, honoribus etateque proiectam,  
non ignorabam negotiis assidue grauioribus distineris,  
& curis occupari maioribus. Itaque interpellare eam,  
atque has illi opinione multorum inanes, quasi merces  
obtrudere primum verebar. Verum ubi reuerend:  
Amplitudinis tuae ingenium humanitatemque animo  
intuerer, ad tuamque multorum annorum infouendis  
literarum studiis cosuetudinem mentem referrem, ni-  
hil metui, à tuorum ipsevis patrocinio & luderer, sum-  
maque ut liceret obseruantia erga te m' a libri recentis

inscriptione satisfacere, nimis cum summissa iudegate affectionis sit argumentum, non animum meam hoc ex munusculo, sed munusculum ex animo meo estimabis, respecturus scilicet non quid reuer. Amplitudinis tua dignitas postulet, sed quid mea possit tenuetas.

Genuis id tuæ proprium est, artium opt. curam suscipere, passimq; iacentibus disciplinis opem ferre, & hoc genus munusculorum non aspernando Χαροποιοῦσι. Exempla maiorum tuorum uictusiora non adducam, uno iam propinquo tuo Daniele Stibaro contentus, quo in Germania olim tu amico homines docti, tu patrono usi nomen eius & egregia in Rempu. merita, per orbem terrarum scriptis celebrarunt immortalibus. Ille Herbipolensis Ecclesia columen, Reuerendi collegii splendor, totius orientalis Francie decus Musis errantibus, ceu illumitem de editiore specula facem prætendens iter ostendebat & hospitium, earumq; consuetudine in omni vita sua delectatus, subueniebat egentibus, afflictas excitabat. Tuam ille indolem, & maiores etate ad virtutem impetrus cum animaduerteret, à prima te pueritia singulare amore complexus est, tuamq; te olim familiam illustraturum auguratus, in aula sua moribus & literis ex-politum, ad sui imitationem, & quasi imaginem totum effinxit. Adolescens igitur cum aliquam latine iam lingue facultatem consecutus, cogitationes tuas omnes ad maiores in studiis progressus conuerstisses, autoritate illius Louanium, atque in eminentiores cum Gallia & tum Italiae deinceps Academias profectus es, ubi tuum ingenium, tuumq; mores ita liberalium disciplinarum, & iuris utriusque professoribus, ceterisque viris quibus

cum vixisti præstantissimis, commendarunt, ut incre-  
dibili eos studio tui incenderes.

Præclaram vero eruditionem tuam, tot partam vi-  
giliis & peregrinationibus, ubi bene vivendi consue-  
tudine confirmasses. & tui illius, quem dixi, propinquai  
de te opinionem comprobaret euentus, insignes patria  
tibi eximia, tum rerum cognitione, tum linguarum pe-  
regrinarum facultate predito, honores tribuit, & cam  
pum, in quo virtus tua excurreret, apernit latissimum.  
Impendebat tremenda communi patrie, cum odii ca-  
pitalibus aucta, tum diffidenzia inuidiaque confirmata  
perturbatio, & tempora omnibus prope Reipub. mem-  
bris conuulsis, & quasi luxatis multiplici iam tum ca-  
lamitate granida esse videbantur. Istum igitur quasi  
partum modis omnibus auertere cupientes, Ecclesi-  
rum tum Bambergensis, tum Heribolensis Proceres,  
acerrimo in astimandis hominum moribus iudicio  
prædicti, singulariter studio collegam asciuerunt, atque  
ita affecti, ut que virtuti præmia debentur libentissi-  
me per soluant, eximiis te sacerdotiis collocupletarunt,  
ad quos scilicet honorum gradus non illorum te fauor,  
sed excellens ingenium tuum euexit.

Tum vero Magistratus, quod aiunt, virum indi-  
cauit, & qua cum voluntatis tum industrie sua esset  
præstantia ostendit. Quot subiisti enim pro communi  
patria tempestates? quantis sepe laboribus es perfun-  
ctus? dum eo consilia tua omnia, omnes cogitationes  
conuersis, quaratione simultatum ille ac dissidorum  
procella, que infestare nos multis ab hinc annis cœpe-  
runt, vel averti penitus, vel ita saltem sustineri possint,  
ne salutem populi in discrimen adducant. Itaque ob-  
eundis sepe legationibus, multique periculorum diffi-

cultatibus superatis, demonstrasti tuam te salutem posteriorem salute communis ducere. Quare tibi cum solidam peperit gloriam, tum reverendam amplitudinem tuam ad sublimiores quoq; honorum gradus extulit.

Insignis Camburgens. Ecclesia te Decano annis pluribus quam triginta equabilis prosperaque fortuna vasa nunc eodem te floret Praeposito. Annuos ibi redditus maiorem in modum auxisti, adficia magnifica picturis exornata artificiosissimis extruxisti, Bibliothecam optimorum, manuscriptorum etiam, librorum copia instructam aperuisti, suspicendum ad omnem posterioritatem meritorum tuorum monumentum. Cumq; nihil sit difficultius, quoniam rebus secundis, atque ad voluntatem nostram fluentibus servare constantiam, & sic uti fortuna, ut beneficentia non arrogantia facultatem dedisse videatur, in sublimi dignitate ista, rerumque omnium abundantia, nunquam reverenda amplius efferriri, nunquam commoueri, nunquam ad se ipsam referre quicquam, sed cuncta Deo, perenni bonorum fonte, ascribere visa est, neque suo unquam se rectius officio perfuncturum existimauit, quam de communione hominum societate bene merendo.

Imprimis vero cum, ut ait ex Ennio M. Tullius, benefacta male locata malefacta sint, rever. ampl. tua liberalitatem commendat eoru, quod beneficium afficendos censes delectus. Beneficia enim illa temeraria, in quibus neg. dignitas accipientium, neg. iudicium conferentium agnoscitur, nullam existimas laudem mereri. Illis igitur potissimum rever. amplitudinis tuae benignitas rem familiarem aperit, quos vita morumque probitas a cetera clientum turba distinguit, qui que ingenio prstantes suos iam studiorum edunt fructus.

## DEDICATORIA.

Assentari nescio, & ut sciam, non volo, neque  
reuer. amplitudinis tuae seruio auribus. Astipulatur in  
scriptis hominū vox eruditissimorum, qui aeternis in-  
genij monumentis virtutum tuarum exempla ad po-  
steritatis memoriam transmittunt. Quid referame  
nim illustria illa Germania lumina Lotichium, Po-  
sthum, Rudigerum, Melissum, Modium? quorum  
splendida iam pridem, & plena venustatis poemata re-  
uerenda amplitudinis tuae nomen in omnes ubi huma-  
nitas colitur partes Europa dissiparunt.

Non igitur grauate reuer. amplit tua, cum eruditio-  
rum neminem à suo congresso atque sermone unquam  
excluserit, sed sui copiam adhuc fecerit omnibus, erga  
Iosephum hūc nostrum patroni partes suscipiet, & qua-  
alios, eadem & ipsum benignitate complectetur. Ete-  
nim nullareuer. amplitudini tuae res adhuc esse potuit  
tanti, ut ullam putaret voluptatem ea cum voluptate  
esse conferendam, quae legentes scribentesve afficiuntur.  
Legere memini me factos à reueren. amplitudine tua  
versiculos canoros & concinnos, illustria ingenij stu-  
diorumque tuorum argumenta. Heribopolensis igitur  
Ecclesiae tibi septem iam annis Decanocum sublimio-  
res ante oculos honores obuersarentur, ultro eate di-  
gnitate abdicasti, dignusq; ea, ut eras, videri maluisti,  
quam eadem gerenda occupatus à studijs humaniorib.  
diuelli. Ostendisti scilicet, virtutem magis ipsam te di-  
ligere quam virtutis insignia. Vere igitur, secundum  
Posthumum nostrum.

Tu contemnendo quæ alij mirantur & optant,  
Esse animo ostendis cuncta minora tuo.

Istud igitur, Antistes amplissime, historiae sacra cō-  
pendium, 4035. annorum gesta uno volumine comple-

EPIST. DEDICATORIA.

etens suscipe, & quoniam consuetudine virorum illustrium delectaris, cum Regibus hic & Principibus, cumque prudentissimis Rerum publ. gubernatoribus, imo cum Deo ipso, loquere.

Pradicari vero à me hic aut commendari auctorem non est necesse, ipsa cum hac opera commendant, & quod dici solet, quod è eis artificem demonstrat, neq. etiam notissima illa multis in locis commemorata ab alijs Historia praconia, me actum agerem, hic retexenda putauit. Quod igitur restat, Deum Opt. ter max. quireuer. Amplitudinis tua istam mentem dedit atque autoritatem, oro tuo pectore, ut tuum communibus studijs patrocinium velit esse maxime diutinum, annosq. tuos aequet cum ijs bonis, que in te contulit summa. Vale. Data ex edibus meis Francofordiæ ad Mænum, Calend. Febr. Anno M. D. XC.

Reuerendæ Amplitudinis tux

obseruantissimus,

Sigismundus Feyerabend,  
ciuis & Biblionola  
Francofordensi.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

# FLAVII JOSEPHI VITA.

*Genus Iosephi.*



**S**T igitur non obscurum mihi genus, sed longa serie deductum à sacerdotibus: & sane quemadmodum apud alios alia nobilitatis ratione censentur, ita apud nostrates ius factotum habere argumentum est illistris originis. ego autem non solum ex sacerdotum oriundus sum genere, verum etiam ex vice prima inter

viginti quatuor illas, quas inter non mediocre discrimen est, quin & ad regium genus per matrem pertineo: quandoquidem Asamonorum familia, ex qua illa prognata est. tempore longo regnum simul & sacerdotiorum in gente nostra obtuluit, nunc ipsam feriem propagationis pertexam. Atavis mihi fuit Simon Psellus cognomine, quo tempore Hyrcanus Simonis Pontificis filius cuius nominis primus summum sacerdotium tenuit. is nouem filios habuit, & in his Matthiam Aphile cognomine, hic ex Iodathæ summi Pontificis filii Matthiam Curtum suscepit, primo anno Hyrcani principis. ex eo Iosephus progenitus est anno regni Alexandriæ nono: qui Matthianum genuit annum decimum regnante Archelao, is porro me genuit imperio C. Caesaris anno primo, ipse autem filios habeo tres: quorum Hyrcanus maximus natus est anno quarto Vespasiani principis; deinde septimo Iustus, pone Agrippa, atque hanc generis nostri successionem; ut est in publicas tabulas relata, hoc transcripti, parui faciens improborum calumnias. Matthias autem meus pater, non nobilitate solum, sed multo magis iustitia fuit celebratus, cuius nomine totis, quam ampla sunt, Hierosolymis innovuit. ipse à pueritia cum Matthia eiusdem parentibus nato incumbens disciplinis egregie profeci, visuique sum in intellectu & memoria praeclercit: ita viiana tum quartum decimum annum agens laudem consecutus ex literarum studiis etiam à Pontificibus & viris primoribus de penitiori legum sensu consulerer. scatum decimum deinde ingressus, decreui nostratum sacerdotum gustum aliquem capere, quas tresesse diximus, Pharisæorum, Sadducæorum, & Essenorum: sic enim facilorem delectum fore putabam, si omnes cognoscerem. itaque duro viâ & magno labore per omnes tres transi: ac ne hac quidem experientia contentus, cum audissesem Banum quendam in solitudine viuere, amiculum sibi parantem ex arboribus, & sponte prouenientibus alimentis vtentem, crebrisque nocte ad die lauacris frigidis ad castitatem tuendam, ceipi eius institutum imitari, ex aliisque in eius conubertio tribus annis, postquam concupitis satis potitus sum, in vibem redi. Iamque vnde uiginti annos natus, ciuilem vitam aggressus sum, addictus Pharisæorum placitis, proxime ad Stolicam apud Graecos sestatim accendentibus. Postannum vero xatis sextum supra vigesimum Romanum mihi proficii contigit ob causam hauc. Quo tempore Felix in Iudea procurator erat, sacerdotes quosdam mihi familiares, viros honestos & bonos, oblevem quandam culpam viros Romanum misit, acturos causam suam apud Caesarem. quos ut aliquo paſto eriptem periculo, praesertim cum audiarem, ne in calamitate quidem constitutis curia pietatis excidisse, & fiscis ac nucibuscōs vitaū suū entare, veni Romanam multis in mari exhaustis petieulis. metu enim nostra na-

*Hoplis.*

*Iosephus Matthiae filius in  
tempore C. Cesari  
anno pri  
mo, mandi  
viro 4001.  
a nato Chri  
sto 35. natu.  
Iosephus è  
puerita  
disciplinis  
llamantis.*

*Iosephus Pha  
risæus.*

*Iosephi nau  
fragium.*

ue in medio mari Adriatico, cireiter sexcenti per totam noctem natuimus, & diluculo deum Cyrenaicam nauem Deo fauente conspiciati, octuaginta ferme nostrum feliciori via natatu in eam recepti sumus.

ita seruatus Diecarchiam, sive Puteolos vt Irali vocare malunt, familiaritatē contraxi cum Altiro minorum auctore, qui Iudeus genere

Neroni carus erat: per quem vbi Fopepx vxori Casaris innoui, confestim per eam impetravi absolutionē illis sacerdotibus: prætereaq; magnis donatis ab ea muneribus in patriam reuersus sum. ibi deprehendi

iam nouarum rerum studia glisterē, multosque ad defectionem spectare à Rom. pop. itaque conabar seditiones ad meliorem mentem reducere, proponens eis ob oculos cum quibus essent bellum gesturi, nimirum cum Romanis, quibus & peritia rei militaris, & felicitate essent

imperatores: monebamq; ne temere ac imprudenter patriam, seque & suos in extrellum periculum conicerent, ad hunc modum vehemen-

ter dehortabat, infelicissimum bellum in p̄spiciens. hec tamen quicquā profeci, tanta erat tum desperatorum infania. Veritus igitur ne

eadem contineanter apud eos repentes in diūnam atque suspicionem ih-

ciderem, quasi fautor hostium, neue hoc nomine comprehensus ab eis

nec i traderet, occupato iam castello Antonio, fecessi ad templum inter-

ius, deinde post occidum Manahemum & primates latronum cohortis

rursum ex templo prodii, versabarque cum Pontificibus & Pharisaeorum primoribus, non mediocriter fibi timentibus. videbamus enim

populū arma corripuisse, ipsi inopes consilii. & cum non possemus

tumultuatores compescere, quod ea res non careret periculo, simula-

bamus quidem nos illorum sententiam, suadebamus tamen ut se conti-

nērent, & hostem abire sinerēt, quod spectaremus Gesium breui veniu-

rum cum validis copiis, & eum tumultum sedaturum. At ille reuersus,

& in prelio cum multis occisus, sua clade extremam toti nostræ genti

calamitatem attulit: mox enim belli autōribus additus est animus, spe-

rantibus omnino Romanos devincendos, quo tempore & aliud quidam accidit. Syriæ urbium circumuininarum habitatores Iudeos in-

tra eadem incēta secum degentes comprehensoſ vna cum vxoribus &

liberis trucidabant sine vlo criminē: quippe qui neque deficere à Ro-

manis cogitauerant, neque contra ipſos priuatim aliquid moliti fue-

rāt. Sed inter ceteros eminuit impia Scythopolitarum immanitas. Cum

enī bellū peterentur à Iudeis exteris, coegerunt suos Iudeos contra

tribules armā sumere, quod nostris veritutē est legibus: horumque o-

pe hoīes profligati sunt: post victoriam autem obliiti fidei sociis inqui-

linis debitis, omnes occiderunt, cum essent multa hominum eiusgen-

tis millia. nec mitius tractati sunt Iudei Damasci incolæ. Sed de his

prolixius in libris de bello Iudaico narrauimus: nunc ob hoc tantum

carum cladiū memini, vt sciat lector nostrā gentē non vitro, sed

neccititate compulsa ad id bellum deuenisse. Itaque profligato Ges-

sio Hierosolymitanorum primores eum viderent latrones ceterosque

pacis turbatores habere arinorum copiam, veritine ipſi inermes ini-

niciis obnoxii fierent, vt post accidit: cognitoque quod Galilæa non-

dum tota à Romanis defecisset, sed pars eius etiam tum quiete ageget:

miserunt eō me & alios duos sacerdotes, viros honestos ac bonos. Io-

azarum & Iudam, vt prauis illis hominibus persuaderemus arma de-

ponere: docereimusque satius esse committi eagentis optimisbus.

placēt enim vt illi arma in futurū semper parata habeant, expe-

ctandum tamen dum certo sciatur quidnam Romanis sit animi. Cum

his mandatis in Galilæam veniens reperi Sephoritas in magno discri-

mine, tuentes patriam contra Galilæorum vim volentium eam diri-

Iosephus sa-  
cerdotibus ca-  
ptiuo abso-  
litionē impo-  
rat.  
Iudei sedi-  
tiosi.

Iosephus de-  
hortatus a se  
ditione in-  
daos, suspe-  
ctuum prodic-  
tionis se fa-  
ciet.

Iudei cala-  
mitates ab  
exteris & in  
colis illatae.  
Iudei neceſſi-  
tate ad bellū  
coadi.

Sephoritarū  
discrimen.

pere, quod perstabant in amicitia Romani populi, fidei inque serua-  
rent senio Gallosum Syriæ præfidi. His ego securitatem reddidi se-  
data in fœsta multitudine: permisique ut quovis vellent in Dora (ea  
Phœnices vrbes est) ad suos mitterent, quos obsides Geslò dederant. Ti-  
beriadis autem incolas in rure iam armis sumpliisse ob huiusmodi de cau-  
sam, tres in hac vrbē factiones erant: vna honestorum vicorum, cuius  
caput erat Iulius Capella. Is & qui eum sequebantur, Herodes Miat, Herodes Gānali, Compitus Compili. Crispus enim huius frater olim à  
maiore Agrippa ei vrbē præfetus tum in suis possessionibus trans Ior-  
danem agebat, hi omnes in quam autores erant manendii in fide regis &  
Rom. pop. solus ex nobilitate Pistus dissentiebat in gratiam Iusti sui fa-  
lli. altera factio è plebeis & obscuris constans bellandum dicernebat.  
In tertia Iustus eminebat Pisti filius, dubitare se de bello simulans, sed  
interim occulte mutationem rerum cupiens, cuius occasione sperabat  
se consecuturum aliquam potentiam. itaque progressus in concionem  
conabatur docere multitudinem; quod eorum cūtias intet Galilæas  
semper sic habitata: quodque metropolis eius regio: is fuerit Herodis  
tertarcha tempore, qui ipsius conditor Sephorim ei subiecerit. hanc  
præminentiam ei mansisse & sub Agrippa patris imperio, sive ad Pe-  
licem Iudaæ præsidem, nunc denum postquam Agrippa iuniori à Ne-  
rone donata sit, primatum amississe. inox enim Sephorim ex quo Ro-  
manis parere coepit, reliqua regioni præpositam: depositisq; apud se  
archiua & menā regiam. His & aliis multis in regem iactatis cum ir-  
ritasset ad defensionem populū, aiebat nunc esse tempus corriptis ar-  
mis & assumpitis in societatem reliquis Galilæas primatum sibi de inte-  
grō vindicare omnibus fauentibus Sephoritarum odio, quos perti-  
naciter habentes in Romanorum amicitia, libenter aliqua clade affice-  
rent: iuuandoisque eos conatus totis viribus. His dictis permouit multi-  
tudinem, quod haberet popularem quandam facundiam, & seniora sua-  
dentes verborum præstigis vinceret. erat enim Græcarum disciplinari  
non impeditus, quibus fretus ausus est totum tunc gestarum huiusmodi  
texere, quo veritati fucum facheret. Sed de huius nequitia, & quomodo  
vna cum suo fratre patriam pene subuerterit, procedente sermone nar-  
rabimus. Tunc autem Iustus ciuius persuasus, quibusdam etiam ca-  
& armis capere cum omnibus egressus, incer debat vicos Hippenorū  
atque Gadarenorum contiguos Tiberiadē geruntur, Gischalorū status erat  
talis: Ioannes Leui filius videns ciuium fuorum quosdam ferocientes  
iugum Romanorum excutere velle, conatus est eos retinere in fide &  
officio: quod tam nullo modo efficere valuit: interim vicini populi  
Gadareni, Gabaraganzi, & Tyrii collectis validis copiis irruentes expul-  
gant Gischala, quibus ingenitis atque dirutis domum se recipiunt. qua  
in iuria Ioannes accensus, suis omnibus armatis, confictusque cum præ-  
dictis populis habito, instauratam patriam securitatis caus. cinxit mo-  
nibus. Gamala autem in Romanorum fide perstabant ob causam hanc.  
Philippus Iacimi filius, Agrippa regis præfetus, præter speciem dum re-  
gia Hierosolymitana oppugnaretur clavis in aliud periculum incidit,  
ne rugularetur à Manaheno & sociis eius latronibus: seruatus est ta-  
men interuenit cognatorum quo runderam Babyloniorum, qui tum e-  
rant Hierosolymis: quintaque post die quo minus agnoscetur muta-  
to capillito fugam init. & cum perueoisset ad quendam suæ possessio-  
nis vicum situm prope castellum Gamala, accersuit aliquam multos fi-  
bi subditos: interim diuinatus ei quiddam accidit, quod alioqui peritu-  
o sa'neum attulit. nam repentina febre correptus literas ad Agrippam

*Seditio in urbe Tiberia-de  
Tres in urbe Tiberia-de fa-  
ctones.*

*Iusti Pisti fa-  
ctio ad multi-  
tudinem ora-  
tio.*

*Iustus popu-  
lum ad defen-  
sionem irru-  
tas.*

*Iustus bellī  
factio.*

*Gischala in-  
censa arque-  
diruta.*

*Gamala in  
Romanorū  
fide perstāt.*

*Philippi la-  
cimiply peri-  
stium.*

& Berenicens scriptas liberto cuidam commisit, qui Varo eas redderet: huic enim tum Rex & Regina curandam regiam crediderant, ipsi Berry cum profecti obulam Gessio. At Varus acceptis Philippi literis cognito quod euaserit, tulit id grauiter, veritus ne post haec Rex & Regina non egerent sua opera, ut Philippo in columni redditio, productum igitu ad plebem eum qui literas attulerat, & accusatum tanquam falsarium, quodque fidum nuncium artulisset, Philippum Hierosolymis cum Iudeis contra Romanos bellum gerere, supplicio tradidit. qui cum non reneteretur ad Philippum, ille causam nesciens rursus alium misit cum literis renunciaturum quidnam priori actidiasset, curue ita differer reditum. Verum & hunc Varus oppressit per calumiam. etenim a Cæsariensibus Syris infatus fuerat ut aspiraret ad sublimia, dicensibus fore ut Agrippa interficiatur a Romanis ob rebellionem Iudorum, & ipsi deretur regnum debitum propter cognationem regiam. nam constabat Varum esse regi generis, descendente a Sohemio tetrarcha Libani. Is igitur spe tali elatas literas apud se retinuit, diligenter cauens ne perirent in manus regias: obseruabatque omnes exitus, ne quis clam elapsus renunciaret regi quod ibi fiarent: multosq; Iudorum interficiebat in gratiam Syrorum Cæsariensium. quin & in Bathanea Iudeos qui Babylonii vocantur, Bathyrām incolentes dēcreuit ope Trachonitum inuidēre: vocatisque ad se Cæsariensibus Iudeis duodecim primariis; iussit eos profectos illo nunciare suo nomine tribubus: relatum sibi esse quod bellum aduersus regem molientur: Ted quia non libertet credere, denunciare ut armis ponērent. id enim arguitum fore certissimum, quod merito fidem non habuerit falsis rumoribus. adiunxit, mittendos esse septuaginta ex optimatibus, qui crimen obiectum diluant. fecerunt iussa illi duodecim: & cum Bathyrām venissent ad suos gentis homines, eosque nihil noui moliri inuenissent, persuaserunt ut septuaginta vitos mitterent. hos aduentantes cum duodecim legatis Cæsaream, Varus stipatus regio milite in Itinere excēptos vna cum ipsis legatis interficerunt, ac mox pergit contra Iudeos incolentes Bathyrām, sed praeuenit eum quidam ex illis septuaginta casu seruatus, quo nuncio moniti atreptis armis receperunt se cum vioribus & libertis in castellum Gamala, relictis viis refertis multis opibus, & peccorum ingenti numero, quo audito Philippus & ipse eodem se contulit. ad cuius aduentum acclamabat populus vnde dēcem se eis praebet, & contra Varum aë Cæsarienses Syros bellum suscepserat. fama enim sparsa est Regem ab his occidisse. Philippus vero comprimebat eorum impētum, collata in eos regis beneficia in themōriam reuēans, tum quanta esset Romanorum potentia, quam teblando irritate innani périculo non carerat. atque ita tandem vicit huius virti consilium. Rex porto curi sensisset Varum velle apud Cæsaream Iudeos cum vioribus & libertis multorum milium expletos numerū interficerere, misit ei succōfōrem Equum Medium, ut alibi dēstūm est. Philippus autem Gama & vicinam regionem in Romanorum fide continebat. Interea cum venisset in Galileam, certis nundīs super his rebus edocetus, scripsi Hierosolymitanorum concilio; quid me iuberent sciens. rescriptum est, vt in Galilæa maneam, eiusque tutelę protuldeam; retentis etiam collegis, si illis ita visum sit. hi cum multū pecunia parassent ex debitis sibi sacerdotiis nomine decimis, statuerant reuerti in patriam: sed rogati, vt tantisper metum essent durae componebant omnia, facile assenserunt. Cum his igitur a Sephoritarum urbe profectus in Bethaniam vicum vni dissipitum quatuor stadiis a Tibériade: misloq; nuncio accessit ad me senatum Tiberiadis & primores

Varus literas  
ferentem, in-  
feste suppli-  
cio tradit.  
Varus Tyrann-  
icus & regni  
cupido.

Varus ty-  
rannidem  
& potentiam  
occultare  
conatur.  
Varus 70.  
Iudeos una  
cum ipsis le-  
gati interfisi-  
vit.  
Iudeos in ca-  
stellum Ga-  
mala se fer-  
ti sunt, quo  
& Philippus  
se conseruit.

Gamala in  
Romano-  
rum fide  
permanebat.  
Josephus  
Hierosolymitanorum  
conciliis ins-  
ta in Galili-  
ae manebat.

eius populi. qui postquam affuerunt, & inter hos iustus quoque, dixi  
me vna cū collegis legatum à populo Hierosolymitanō missum ad eos,  
vt agerem de diruendo palatio, quod ibi à se exstructum Herodes te[r]rifica  
vare animalium picturis ornauerat, cum id vicitum sit nostris le-  
gibus rogabamque, vt nos quantocuyus id facere permitterent. Quod cū  
diu Capella & iuxta factio[n]is homines recusaverint, tandem magna con-  
tentione assensum eis expressimus. interim dum nos ea de recontendi-  
mus, iam Iesu Saphir filius nautarum & in o[mn]i p[ro]mactio[n]is dux assum-  
pta aliquam multorum Galilaeorum manu, alatium incenderat, ratus  
se bonam prædam inde paraturum, quia teda eius quadam inaurata  
viderat: multaque in eo diripuerunt prater animi nostri sententiā.  
nos enim post colloquium cuius Capella & Tiberiem primariis  
apud Bethmauentem habitum in superiori Galilæa nos recepimus. Tum  
Iesu factio[n]e Græcos omnes eam urbem habitantes interimunt, & quor-  
um inimicos ante id bellum habuerant. His auditis, vehementer  
commotus descendit in Tiberiadē, dedique operam, vt quicquid pos-  
sem recuperare ex direptis Regis facultatibus, candelabria corinthia,  
mensas Regias, & rudis argenti lati s[ecundu]m magnam copiam. quacunque  
autem recipi, regi seruare statui. accitis igitur decem et senatu potioribus  
& Capella Antylli filio, vase illa eis tradidi, interdicens, ne cui-  
quam p[re]ter me ea redirent. Inde Gischala cum collegis ad Ioannem  
veni, cognitus quidnam haberet animi: mōxque deprehendi eum  
teruri nouarum cupidum affectare tyranndem, rogabat enim me. vt  
tibi potestatem facerem exportandi frumentum Cœsariorum, quod in su-  
perioris Galilæa vicis erat repositum, dicens se id vel impendere in  
struturam mœnium patriæ. ergo cum olfecisset eius conatus & con-  
silia, negabam me hoc cipermittere, cogitabam enim id frumentum,  
aut Romanis seruare, aut mihi ipsi, quod haberem iam curam eius re-  
gionis à ciuitate Hierosolymitanā mihi commissā. ergo cum nihil à me  
impetraret, collegas appellauit super hoc negotio futurorum impro-  
uidos, & auidos munerum. ab his largitione totum eius prouincia fru-  
mentum obtinuit, me non valente contra duos contendere. deinde al-  
tero dolo Ioannes vius est. aiebat enim Iudeos Cœsareos Philippini co-  
las, regis cui suberant mandato intra mœnia cohibitos, querentes de  
olei puri penuria, id à se petere, ne prater niorem co, antur uti Græco-  
rum oleo. h[oc] autem non religionis respectu dicebat, sed vi[u]s turpis  
luci cupidine. sciens enim apud Cœsarienses sextarios duos drachma  
vna venire, Gischala autem octuaginta sextarios drachmis quatuor, ro-  
tum illud oleum quod ibi erat ad eos transp[er]iit, me quoque, vt videri  
volet permittente, non enim volens pesmittebam, sed metu, ne si ob-  
sistere lapidare à populo. postquam igitur conciliis platinum pecu-  
nia Ioannes quaesuit hoc maleficio. ex hoc oppido remisi collegas Hie-  
rosolyma, totusque posthac fui in comparandis armis & munendiis vir-  
ibus. accitis deinde latronum fortissimis, cum viderem non posse illis  
arma adimi, persuasi multitudini, vt mercede eos conducteret, con-  
ducibilius docens habere eos stipendiarios, quam finere agros incursionis  
bus eorum ditipi: atque ita eos diuini sacramento obstrictos, ne nisi vo-  
cati in regionem nostram venirent, aut, nisi stipem debitam recipierent,  
iussos prius abstineret à Romanis & accusis iniuriam. Sed ante omnia,  
curauit in pace contineat Galilæam. cumque vellem optimates eius re-  
gnum circiter septuaginta praetextu amicitia habere quali obsides fidei,  
adscitos in amicitiam feci mihi comites & iudicandis socios, plera-  
que decernens ex ipsorum sententia, in primis curans, ne temere disce-  
derem à iustitia, vtue abstinerem ab omni corruptela munerum, agens

*Palatiū  
Tiberiade  
inconfusum.*

*Iosephus Re-  
gu faculta-  
tes recupe-  
rat.*

*Ioannes in  
Gischala.*

*Ioanne lu-  
eri cupidus.*

*Iosephus col-  
legas Hiero-  
solyma re-  
mittit.*

*Iosephus Ga-  
lilæa Prae-  
tor viros suis  
adsumgit.*

igitur

igitur annum trigesimum, qua etate etiam si quis temperet cupiditatis illicitis, difficile tamen evadit calumniatorum inuidiam, maxime, si cum magna potestate sit, nulli mulieri vim intus, & nihil mihi obtrudi sui passus, ut rci nullius indigas: imo ne debitas quidem mihi, vt Sacerdoti decimas accipere volui ab afferentibus, ex manubitis tamen parte in post deuiciis Syros accolas recepi, quas me Hierosolyma misisse ad cogitatos fateor. Cumq; bis Sephoritas vi expugnasse, Tiberenses quater, Gadarenenses senes, & Ioannem sepius inuidias mihi molitus Iosephi erga in potentatem redigisse, neque de ipso, neque de vilo memoratorum hostes bimaculati poenas sumere sustinui, vt procedente stilo indicabimus. *Iosephus 30.*

10 populo tuum poenas sumere sustinui, vt procedente stilo indicabimus. *Iosephus 30.*

quāmōbrem opinor Deum recte factorum inspectorem, & tunc me eripuisse ex inimicorum inuidia, & post sepe ē multis periculis, sicut suo loco dicitur. Tanta autem erga me erat vulgus Galilaeorum fides ac benevolentia, vt expugnatis eorum oppidis, & in captiuitatem abductis familiis, non tantum gemitus suis calamitatibus, quantum surz incolumentati meū tuendā impenderent. hæc videntem Ioannem inuidia pud Tiberiā subiit: rogauitq; me per literas, vt sibi permittere valetudinis causa a- pud Tiberiadē foueti aquis calidis: quod ego nihil suspicans libenter annui: quin & his quibus ciuitatis administratio per me fuerat credita scripti, vt diuersorum ei pararent & comitibus, retumque ad commo- 20 *Galilaeorum erga Iosephi fides ac benevolentia.*

20 qui Cana dicitur. Ioannes autem postquam venit Tiberiadē egit cūm oppidanis, vt oblitus dñe mihi fidei ad se deficerent: multiq; preces eius libenter admiserunt, homines gaudentes nouitatibus, & mutationum audi, procluesq; ad disfidia: præcipue vero Iulio, & patricie Pisto cupile arrepta est deficiendi à me ad Ioannem occasio. id tamen consiliū interuentu meo feci irritum. Venerat enim ad me à Sila, quem Tiberiēbus ducem præfeceram, nuncius voluntatem eius populi indicans, & hortans vt properem: aliquin fore, vt ciuitas breui in aliorum potestatem veniat. lectis igitur Silæ literis, cum ducentis viris per totam noctem iter feci, præmisso nuncio, qui aduentum meum significarer Tiberiēbus. mane autem iam ciuitati proximo plebs mihi venit obuiam: & Ioannes inter alios, qui cum valde turbatu vultu me salutasset, veritus ne detrecto suo conatu veniret in capitā periculum, propere se recepit in diuersorum, cumque peruenisse in stadium, dimissis absque vao satellitibus, retentisque decem armatis, alloqui corpī concionem Tiberiēnum stanis in colo quodam suggesto: hortabatq; eos ne tam cito deficerent, alioqui fore, vt breui eius fidei mutata pœnitentia: neq; illis posthac quenquam crediturum facile, nimis am merito suspe- 30 *Ioopho Tibe- riensis plebs obuiam ue- nit.*

40 &is ob hanc prælentem perfidiam. Vix hæc effatus eram, cum audio ex meis quandam iubentem me descendere. non enim tempus esse conciliandi Tiberiēnum benevolentia: sed prōspiciendi incolumentati propriæ, & quomodo inimicos effugiam: Ioannes enim postquam didicit me pene solum esse, delectos ē mille suis militibus hdiſimos miserat iustos me interficere: iamque veniebant, & patratum fuisse facinus, nisi oocius desiliuisse cum Iacobō satellite, subleuatus ab Herode Tiberensi: à quo deductus ad lacum, nauigio quod forte ibi nactus sum, consensu, euitatis præter opinionem inimicis perueni Taricheas: eius urbis ineolē audita Tiberiēnum perfidia vehementer irati, correptis armis horabantur, vt se contra eos ducerem, dicentes se velle vlcisci lxi ducis iniuriam: facinusque hoc reuinciabant per totam Galilæam, quo omnes citarent contra Tiberiada, rogantes vt frequentes ad se conuenirent facturi de consilio ducis id quod vīsum fuerit. itaque magnus vnde Galilæorum armatorum concursus factus est, postulant, vī-

*Ioopho Tibe- riensis plebs obuiam ue- nit.*  
*Iosephi ad ciues Tibe- riensis adhortatio.*

*Ioannes Iosephum in- terficere co- natūr.*

*Galilæi Ti- beriada in- uaderes po- bluant.*

Tiberiada inuaderem, expugnatamque diruerem, & incolas cum totis familiis sub hasta venderem. idem suadebant & amici qui ex ea vrbe e- uaserant. ego vero non annuebam, indignum ratus ciuilis belli initium facere, & censens non debere eam contentionem yltra verba progredi: imo ne ipsi quidem siebant id conducere, si Romanis inspectantibus dissidiis intestinis se conficiant, hac ratione demum Galilaeorum ita placata est. Ioannes porro vbi non successerunt insidie, sibi ipsi timuit, & assumptis hrmatis quos circa se habebat relicta Tiberiade Gischala perii: inde ad me scripsit factum excusans, quasi non fuisse eius confidens: rogabatque ne quid suspicareret de ipso, addens iuramenta cum diuis exortationibus, quo magis scriptis suis fidem astrareret. At Galilæi, quorum è tota regione denuo magnus cum atritis affluxerat numerus, scientes hominem esse malum & periculum, rogabant, vt se contra eum ducerem, promittentes funditus le deleturos & ipsum & patriam eius Gischala. Actis igitur pro fauore gratis, pollicitus sum me eis non cesserum officiis ac benevolentia: rogabam tamen, vt cohiberent seipso, & darent mihi veniam quod tumultus compescere malem absque credibus. concederunt id mihi Galilæi, moxq; Sephorim venimus, oppidanis autem, quibus decretum erat permanere in fide Romani populi, timores meum aduenient. congi sunt me in alia negotia distrahere, quo ipsi securius degarent: missoque nuncio ad Iesum latronum principem a gentem in confiniis Ptolemaidis, magnam pecuniam ei sunt polliciti, si cum oclingentorum manu quam alebat, bellum nobis inferret. Is pro missis motus voluit nos nec opinantes & impataros aggredi. itaque rogat me per nunclum, vt sibi salutandi me potestatem facerem, quo impetrato, quandoquidem non praesenseram insidias, assumpta latronum cohorte iter fecit propere, non tamen ei successit tentatum facinus. qd enim iam non longe abesset, quidam ex eius cohorte transfiga conatum ipsius mihi indicat, quo audito processi in forum simulans me nihil scire de insidiis, sequente armatorum Galilæorum multitudine, & inter hos quibusdam Tiberienibus, deinde dispositis qui sequarent vi- 20

*Io-  
annes &  
Iosephos ex-  
cussat.*

*Iesu latroni  
Princepi.  
Iosepho Iesu  
bellum in-  
ferrit.*

*Iesu à Iose-  
pho arte ca-  
pitu.*

*Iosephi erga  
Iesum beni-  
gnitas.*

*Iosephi reli-  
gionis cura.*

*Ebutius con-  
tra Iosephum.*

tes, iussi portarum custodes, vr solum Iesum cum primis venientem introrremitterent, catero sexcluderent, & si vi tentarent irrumperem, plagi repellerent. quibus imperata facientibus intrauit Iesu cum paucis: usque à me arma confessum proscire, nisi interfici malleat, videns se eum armatis paruit. cum qui eum sequerantur exclusi, vt ducem suum captum senserunt, cuestio fuga se proripiunt: & ego seorsum abducto Iesu dixi me non ignorare paratas mihi insidiis, quibusve id factum sit auctoribus: daturum tamen erroris veniam, si mutatus velit esse mihi fidus in posterum. quo omnia pollicente dimisi hominem, permisum quos prius habuerat colligere. Sephoris vero poenam interminatus sum, nisi posthac quieterent. Per idem tempus venerunt ad me duo Trachonitarum magnates Regis subdit, adducentes suos equites & afferentes tam arma quam pecuniam, hos cum iudgi circumcidendi cogerent, si velint inter ipsos versari, non sibi ut eis molesti essent: alleu- 40

rans oportere suo quenque arbitratu, & non alieno im pulsu Deum colere. neque commitendum, vt eos securitatis causa confugisse ad nos peniteat: atque ita persuasa multitudine, viris illis confuetum vi&um abunde pribui. Interea Rex Agrippa copias mittit, duce Equo Modio, quz Magdala castellum vi capiant: quz ramen obsidere id non ausa in- febris viis infestabant potius Gamala. Ebutius autem Decadarchus qui Magni campi prefecturam tenuit, auditio quod in Simonjada vicum veniens situm in Galilæa finibus, distante ab ipso sexaginta stadiis. noctu assumptis quos circa se habebat centum equitibus, & ferme du- 50

centis

ceetis peditibus, Gabensiumque auxiliis, nocturno itinere in eum vicum peruenit. contra quem cum meorum explicuissest validam aciem, conatus est nos in planitiem prolicere, fratre sequitibus. nihil tamen proficit, quia moueri logo nolui. quippe videns eum potiores habitum, si cum essemus omnes descendenteremus in competitria. cum que aliquidius strenue repugnasset Ebutius, tandem animaduertens, nullum esse eō loco vsum equitum, signo receptui dato Gabam abijit in seco negoio, tribus tantum in pugna amissis. ego vero euestigio secutus sum cum armatorum duobus millibus, cumque venisset Besaram, quod oppidum in Ptolemaide situm confinijs stadio viagesimo ab està Gaba, ubi tum erat Ebutius: dispositis foris per vias, stationibus militum, quo tuti essemus ab incursu hostium, donec frumentum exportaremus, cuius magna vis è circumuicinis Reginz Betenices viciseo congesta fuerat: oneratisque plurimis camelis & asinis quos in hoc adduxeram, transmisisti frumentum id in Galilazam: absolutoq; hoc negoio, feci Ebutio pugnandi copiam, eam cum ille detrectaret audacia nostra teritus, verti me in Neopolitanum, auditio quod populus sit agrā Tiberiensium. is cum equitum ala presidio erat Scythopoli. hoc igitur ab ulteriore Tiberiensium vexatione prohibito, totus eram in prospiciendo rebus Galilaz. Ceterum Ioannes Leui filius, quem diximus degere Gischalis, postquam cognovit omnia mihi ex sentientia succedere, amarique me à subditis, & timeri ab hostibus, iniquo id tulit animo, ratusque non esse in suam rem meam felicitatem, non mediocri inuidia ratus est: speranque se meos successus impediturum si subditorum in me concitaret odia, solicitauit Tiberenses & Sephoritas, ratus etiam Gabarenos ad se defectors, qua ciuitates sunt in Galilza principia. aiebat. n. suo ductu longe melius administranda omnia, & Sephorientes quidem, quod vtroq; nostrum posthabito ad Romanos spectarent dominos, non assenserunt homini. Tiberenses autem defectionem quidem reculabant, pollicebantur tamen illi quoq; amicitiam. Gabareni autem Ioanni se addixerunt, auctore Simone ciue primario, qui Ioannis erat amicus & socius, nec tamen aperite ad eum defecerunt, quippe qui vehementer timebant Galilazos, iam ante experti eorum erga me bene uolentiam; sed clam captabant occasionem insidijs. Et sane periculum adiui maximum de caula talli, Dabatiteni quidam audaces iuvenes cum animaduertissent uxorem Ptolemæi procuratris regi cum magno paratu deducentibus aliquot equitibus per Magnum campum exditione regia in Romanorum prouinciam iter facere, in eos repente irruunt: fugataq; muliere quicquid secum portabat diripiunt: quo facto Tarichæs ubi tum eram, quatuor mulos adducunt onustos vestimentis variaq; supellestili: inter quam & usq; erant argentea non pauca, & quingenti nummi aurei. Hæc ego seruare volens Ptolemæo, vt eiusdem tribus homini, quod lex nostra ne inimicos quidem tribules fraudare permittat, dixi his qui attulentes oportere ea seruari, vt diuidentorum precium conferatus in Hierosolymitanæ vrbis mteniorum fabricam, id iuvenes illi per moloste tulerunt, non admissi in partem prædæ, vt sperauerant; quapropter sparsi per vias Tiberiadis rumorem disseminant, velle me Romanis eam regionem prodere. finxisse enim prædam desinatam esse præmuniendis Hierosolymis: re autem vera in hoc eam seruare, vt raptæ domino suo restituam, qua quidem in re nil eos faltebat opinio, post discessum enim iuueniū accitis duabus primarij ciubus, Dashone & Iannzo Leui filio, Regi amicissimis, mandaui eis, vt raptam supellestilem ad illum transmitterent, mortem interminatus si hoc decretum proferrent apud quenquam morta-

Ebutius in  
fecto negoio  
discedit.

Iosephus fru-  
mentum in  
Galileam  
transtulit.  
Iosephus in  
Neopolita-  
num.

Ioannes  
Iosephi suc-  
cessus animo  
fortinquo.

Gabareni  
Ioanni se  
addicunt.

Dabatiteni  
Ptolemæi  
uxorem po-  
litiant.

Iosephus  
Ptolemæo  
polia redde-  
re conatur.

*Sedatio ad-  
persus Iose-  
phum.*

*Grac. textus  
foridaper.  
Iesu Saphia  
filius, insidi-  
as Iosepho  
frustr.*

*Simon Satel-  
les Iosephum  
excitat.*

*Iosephus  
potum ad-  
misericordi-  
em monet.*

*Iosephi ore-  
to & confes-  
sio coram  
adversariis.*

*Iosephus  
insilium cu-  
dot.*

*Iosephus in  
alti periculo  
veritas.*

lium. Sed cum Galilios rumor peruersisset, me velle regionem eorum Romanis prodere, omnibus incitatis ad sumendum de me supplicium, Taricheat quoque fidem habentes iuueni commenticijs fernonibus, fuaserunt meis satellitibus & militib. reliquis, vt me dormitem deferentes in circum venirent, cum ceteris ibi de abrogando mihi imperio consultaturi, qui persuasi multos ibi iam ante congregatos inueniant, ynamiter vociferantes vindicandum esse in proditorem Reipublicz. Sed præcipue instigabantur à Iesu Saphi filio, qui tum summum magistratum gerebat, vir malus & natus mouendis tumultibus, seditionisque ut qui maxime. Is tum præ se ferens Moysis tabulas in medium progressus, si vestri, inquit, nulla cura tangimini, at sacras has leges nolite contemnere, quas publico odio prosequendus Iosephus iste rex dux sustinuit prodere, quantumuis atrocí pœna dignissimus. Hæc effatus & exceptus acclamatione populi, assumptis armatis ad ædgos vbi diuersabar properat cum certo interficiendi me proposito, me nihil tumultus sentiente & quiescente interim præ laetitudine: cum subito Simon vius satellitum, qui tum solus mecum permanferat, viso incurso ciuium me excitat: indicatoque instantे periculo simul horatur, vt potius generosi ducis more vitam abrumpam, quam inimicorum arbitrio moriar. Hæc illo monente, ego salute mea Deo commis- sa mutataque ueste in cætum atratus prodigj, & suspensum à cœruleo ge- stans gladium, per viam illam qua neminem aduersariorum occursum sciebam in circum veniens viendum me præbui, in faciem pro- stratus & terram rigans lacrymis, ita vt omnes mouerem ad misericordiam, cumque sensisse mutantos affectus populi, conatus sum eorum sententias scindere, prius quam armati reueterent à meis ædibus: fas- fuisse me non alienum ab obiecto crimine, postulabam, vt primum disserent, in quem vsum seruarem relataam ad me prædam, ac tum de- dum si liberet me interficerent, in ultitudine vero iubente me dicere, armati reuersi & me conspiaci irrunt occidendi animo. sed cohibiti plebis vocibus, represserunt suum impetum, rati post confessionem proditionis & seruatz regi pecunia habituros se meliorem occasio- nem patrandi facinoq. Itaque facto silentio, Viri fratres inquam, si vobis videor mortem committeritus, nec ipse mori recuso: volo tamen ante exitium veritatem apud vos proloqui. Equidem cum animad- mitterem ciuitatem hanc commodissimam hospitibus, multoq[ue] re- licet proprijs patrijs delectari vestra consuetudine cuiuluis fortunæ futuros socios, dæc reueram moenia vobis condere ex istis pecunijs. propter quas ad hoc destinatas exorta est tanta vestra indignatio. ad hæc verba Tarichenses & hospites exclamant, gratias mihi agentes & iu- hentes me bono esse animo. Galilai vero atque Tiberiensi persta- bant in iracundia, factumq[ue] est inter ipsos dissidium, his minantibus pœnam, illis contra securum me esse iubentibus, postquam autem & Tiberiensiibus promisi me ædificat urum moenia & alij oportunitis ci- uitatis fidem habentes pollicitis dilabebantur ad suum quisque domi- ciliū; & ego præter omnem spem elapsus ē tanto periculo, cum à- micis & viginti armatis dorauum reuersus sum. Sed denuo latrones & seditionis autores, timentes sibi ne peccati pœnam lucent, cum sex- centis armatis concurrunt ad meum diuersorum incendiū illud a- nimo quoq[ue] aduentu nunciato ratus turpe fugere, decreui vt contra eos audacia, clavis igitur meo iussu ædium foribus, ipse ē cœnaculo postulabam, vt ad me aliquot mitterent, accepturos ob quæ tu- multuabantur pecuniam, ne quid habeant quod stropachentur am- plius, quo facto turbulentissimum ex his qui intro recepti sunt, verbe-

ribus cæsum & alteram manum abscessam suspensamque à collo gerentem, rursum eieci, redditum ad eos qui se miserant. at illi mirum in modum sunt tertiti: timentesque similem poenam si ibi morarentur diutius, quippe qui putabant me plures domi habere armatos, subito omnes diffugiunt: sicutque hoc stratagemate alteras euasi insidias. Nec tamen defuerunt, qui rursum concitarent vulgum, negantes magnates illos regios, qui ad me confugerant oportere viuere, nisi transirent ad eorum titus, à quibus salutem peterent: criminabanturque eos, ut Romanorum studiosos & veneficos: moxque tumultuabatur multitudine decepta à loquentibus ad gratiam. Quo comperto ego contra docui populum, non esse exigitandos qui ad ipsos confugerint: cauillatus in vanitatem obiecti veneficij, frustra Romanos tot legiones alere, si neficiorum opera possint victoriam consequi. His verbis paulisper placati, vbi digressi sunt rursum in magnates illos irritabantur à quibusdam perditis, vt etiam armati ad eorum zdes, quas Taricheas habitabant concurrerent, interfecuti homines. quod ut audiui, valde timui ne hoc scelere parrato nemo post hac ad nos confugeret: quamobrem assumptis quibusdam alij proprie veni ad eorum duuersorium: quo clauso, & perducta inde fossa ad lacum, accutum nauigium cum eis inscendens, trieci in Hipnenum confinia: & reddito eis equorum prelio, quos in tali fuga abducere non poterant, dimisi multum rogatos, ut praesentem necessitatem forti ferrent animo: nam & ipse permoleste ferebam, cogime rursum in hostiem terram exponere viros, qui semel se mea fidei commiserant: satius tamen ducens Romanorum manus, si ita contingat, cadere, quam in mea ditione per scelus opprimi. Illi tamen seruati sunt, & ege concedente errati veniam. Et horum quidem hio fuit exitus. Tiberienses porto per literas Regem rogauerunt, vt in eorum agrum praesidium mitteret, defectionem pollicentes. Quo facto, quamprimum ad eos veni, postulabant, vt munera sibi promissa exstiterem, audiuerant enim Taricheas iam cinctas in genibus. ego vero annui, & congeta vndique materia iussi architectos opus id aggredi. Post triduum vero me à Tiberiade digresso Taricheas triginta stadijs in do distitas, forte fortuua conspectus est Romanorum equitatus non longe à Tiberiade iter faciens, quos oppidanri rati esse Regios, mox in Regem honorificas voces, in me contumeliosas iactare ausi sunt: moxque cursim quidam veniens tenuebat illorum motum ad defectionem spectantium: id quod me valde perterritum, quod instante tum Sabbatho armatos à Taricheas dominum dimiseram, quo quietius Taricheatae sine militari turba feriarentur: & alioquin quoties eo loco degescerem, ne saltatio quidem viebar, fretus probata sapientia incolarum benevolentia. itaq; cum septem tantum milites & aliquot amicos circa me haberem, ancesps eram consilij, nam renocate copias sub vesperam non placebat, quibus postera die neq; necessaria arma tractare permittebatur nostris legibus. quod si Taricheatas eorumque hospites prædictæ spe inuitatos illo ducerem, videbam in eis non esse satis virium. & res dilatione non patiebatur, quo timerem ne à Rege missi occupata vrbe me excluderet. quapropter decreui vti stratagemate. Euestigio amicorum fidissimos Taricheatarum portis appolui, neminem permisimus egredi: conuocatisque familiarium primatis, singulos iussi nauem in lacum deducere, eaque cum gubernatore insensim me sequi. Tum & ipse cum amicis & septem illis militis concesso nauigio petebam Tiberiada. At Tiberienses, vt cognouerunt nullas à Rege venire copias, lacum vero totum refertum nauibus, attoniti & ciuitati sua timentes, ac si naues militem veherent, mutauerunt priorem sententiam. itaque positis armis

Josephi strage.

*Alia vulgi sedis,*

*Josephus regis clam dedit.*

*Tiberii situ ad Agripam luita.*

*Septem vbi  
otto stadia  
fere militare  
Germani cu  
constitunt.  
Sedicio &  
defectio Ti  
beriensium.*

*Josephus pro  
pter Tiberi  
enses pericu  
lu expositus.*

*Josephus con  
sensu nati  
gio Tiberia  
da petit.*

